Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



& redde altissimo uota tua. Et inuo
ca me in die tribulationis & eruam te
& honorificabis me. Peccatori autem
dixit deus: quare tu enarras iusticias me
as & assumis testamentum meum per os tu
um. Tu uero odisti disciplinam: & p
iecisti sermones meos retrorsum. Si ui
debas furem currebas cum eo: & cum ad
ulteris portionem tuam ponebas. Os tu
um abundauit malicia: & lingua tua
concinnabat dolos. Sedens aduersus
fratrem tuum loquebaris: et aduersus fili
um matris tue ponebas scandalum hec
fecisti & tacui. Existimasti iniique quod
ero tui similis arguam te & statuam con
tra te faciem tuam. Intelligite hec que
obliuiscimini deum: nequando rapiat
& non sit qui eripiat. Sacrificium lau
dis honorificabit me: & illic iter quo os